# ANTIPHONALE

Klosterneuburg, Ende 13.Jh.



mei recordabor ut non perdam aquis diluuii omnem car-
nem. Ponam arcum meum in nubibus celi et iurabo per dexteram
meam. Vt ii. Benedicens. Laudes. Secundum magnam mise-
cordiam tuam miserere mei deus. A. Si michi dominus saluator
fuerit non timebo quid faciat michi homo. A. Inuelamento clama-
ui ualde diluculo deus deus meus ad te de luce uigilo. A. Ym-
num dicam domino deo nostro. In tympano et choro in chordis
et organo laudate deum. A. Cum turba plurima conuenirent ad
ihesum et de ciuitatibus properarent ad ihesum dixit per similitudinem
exiit qui seminat seminare semen suum. A. Exiit qui semi-
nat seminare semen suum et dum seminat aliud cecidit in terram
bonam et fecit fructum centuplum. A. Semen cecidit in terram
bonam et optulit fructum in paciencia. A. Semen cecidit